UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio XCIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

Visual Library

Valeant itaq; omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Chriſti, pax pax, & non eſt pax.

CONCLVSIO XCIII.

Bene agant om̃es illi Prophetæ, qui dicunt populo Chriſti, crux crux, & non eſt crux.

CONCLVSIO XCIIII.

Exhortandi ſunt Chriſtiani, ut caput ſuum Chriſtum per pœnas, mortes, infernosq; ſequi ſtudeant.

CONCLVSIO XCV.

Ac ſic magis, per multas tribulationes intrare cœlum, q̃ per ſecuritatem pacis, confidant.

SATIS ſupra de cruce & pœnis dictũ eſt, hodie rarus ſermo

AD CANDIDVM LECTOREM ET ERVDITVM.

NOn tibi hæc ædita exiſtimes erudite & candide lector, quanquam quid opus hoc monitorio? quaſi timeam Ciceroniana hæc tibi uiſum iri, tu pro genio tuo habes aliunde, quod legas. me oportuit, cũ mei ſimilibus, noſtra, id eſt, rudia & barbara tractare. Sic placitũ fuit in cœlo. Nec auſus fuiſſem nomen ſummi pontificis, his meis bullis, appellere, niſi uidiſſem amicos meos, illius terrore quam maxime confidere. deinde, quod ſummi Pontificis peculiare ſit officium, ut debitorẽ agat, ſapientibus & inſipientibus, Græcis & Barbaris. Vale.

DECLARATIONVM DISPVTATIONIS de uirtute indulgentiarum reuerendi patris, ac S. theologiæ doctoris Martini Lutherij ad Leonem X. Pontificẽ maximũ.

Finis.